



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Svcqv̄et E Societate Iesv Via Vitæ Æternæ

Sucquet, Antoine

Antverpiae, 1630

Cap. de modo audiendi sacrum. Hoc caput numero suo notari non potuit,
quia feriùs error deprehensus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54856](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54856)

meum, suspiria hac mea, corpus & animam, sanguinem, cogitationes N. verba N. & omnes actiones meas N. in unione omnium meritorum tuorum, & Sanctorum tuorum, purissimis manibus B. Virginis & Angeli Custodis mei, sanctorum Patronorum meorum. Dispone, ordina de me creatura tua: nosti enim quid expediat, & vis & potes, & tua infinitis titulis sunt omnia Deus meus, Deus cordis mei, & omnia. Amen.

Colloquium anima cum Christo pro Sacro audiendo, & Communione, maxime pro ijs, qui non intelligunt, qua loquuntur, & distractis.

CONSIDERARE hic oportet IESVM velut presentem, atque eum magno affectu comitari.

Isaia 63.

ANIMA. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stolâ suâ, gradens in multitudine fortitudinis suæ? quare rubrum est indumentum tuum Domine IESV, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

Ibidem.

CHRISTVS. Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum. circumspexi, & non est auxiliator; quæsiui, & non fuit qui adjuvaret; quæsiui qui simul contristaretur, & non fuit; consolantem me quæsiui, & non inveni.

Ps. 68.

Haccine vera, ut sup. p. 7.

Isaia 63.

ANIMA. Miserationum Domini recordabor; laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem miserationum suarum. Ludebam ego in plateis, & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audivit hoc Vni-genitus ejus, exiit posito diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes, flets & ejulans, quod morte damnatus esset serulus ejus. Intueor illum subito procedentem, stupeo novitatem, causam,

*Bern. serm.
3. de nat.
Christi.*

percunctor. & audio. Quid facturus sum? adhuc neludam & illudam lacrymas ejus? planè, si insanus sum, & mentis inops, non sequar eum, nec simul cum lugente lugebo. Ecce, unde pudor, dolor, & timor unde? utique quia ex consideratione remedij, periculi mei æstimo quantitatem.

CHRISTVS. Ne timeas, quia ego tecum sum; ne declines, quia ego Deus tuus. Elegi te, & non abjeci te; confortavi te. & auxiliatus sum tibi: super montem excelsum adscende tu, exalta in fortitudine vocem tuam. *Isaia 41.*
Isaia 40.

Ecce enim memoriam feci mirabilium meorum, & dixi discipulis meis: Hoc quotiescumque feceritis, in memoriam mei facietis. Audi Euangelistam meum, & recordare paupertatis meæ, ab ynthij & fellis. *Ad ingressum Sacerdotis. Luc. 22. Thren. 3.*

ANIMA. Quid retribuui tibi? cheu! *advertere hic poteris, quomodo tu Christo moribus tuis fueris contrarius, quid retribuam? credo, Domine, & doleo vehementer peccasse me in cælum, & coram te, qui dedisti animam tuam pro me: sed spero in te spes mea, & diligo te ex toto corde meo. Gloria Patri, &c. vel potes, si vacat, dicere. Haccine vera, ut sup. p. 7.* *Actus contritionis, fidei, spei & charitatis.*

EVANGELISTA. Egressus JESVS trans torrentem dixit: Tristis est anima mea usque ad mortem; sustinete hic, & vigilate mecum: & progressus pusillum procidit in faciem suam orans, & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: verumtamen non sicut ego volo; sed sicut tu: & factus in agoniâ prolixè orabat, & factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. *Matth. 26. Luc. 22.*

ANIMA. Et ego te ultra offendere potero, Deus meus? quid retribuui tibi, &c. vel *Credo tibi, ut sup. p. 7.*

EVANGELISTA. Tunc ait illis, Venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatoris: & confestim accedens ad JESVM, dixit Iudas, Ave Rabbi; & osculatus est eum; dixitque illi JESVS, Amice, ad quid venisti? *osculo filium hominis tradis?* *Ad osculum altaris. Marc. 14. Matth. 26. Luc. 22.*

ANI-

ANIMA. Et ego pro vana creatura te tradam & deseram? quid retribuui, &c.

Ad introitum.
Ioan. 18.

EVANGELISTA. Et posthæc adduxerunt eum ad Annam, primò, & interrogavit IESVM de doctrinâ, & discipulis ejus, atque unus assistens ministrorum dedit alapam IESV, dicens, Sic respondes Pontifici?

ANIMA. Et ego, ô IESV patientissime, ne verbum quidem pro verberare tolerare poterò, quid retribuui, &c.

Ad Kyrieleyson.
Marc. 14.
Matth. 26.

EVANGELISTA. Sequebatur autem IESVM à longè Simon Petrus: & qui adstabant dicebant ei: Verè tu illis: ille autem cœpit anathematizare, & jurare. Quia nescio hominem istum, & statim gallus cantavit: & egressus foras, flevit amarè.

ANIMA. O quoties negavi te, & egressus adhuc mitissime IESV, nisi dolores tuos! quid retribuui, &c.

Ad orationes, epistolam, graduale.

Matth. 26.

EVANGELISTA. Et adduxerunt IESVM ad Caipham Principem sacerdotum, & quærebant falsum testimonium contra IESVM, ut eum morti traderent: & adperavit illum Caiphâs, & conclamârunt universi: Reus est mortis. tunc exspuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt: alij autem palmas in faciem ejus dederunt & illudebant ei. Manè autem facto concilium inierunt, ut eum morti traderent.

Matth. 27.

ANIMA. Et quomodo non vivam tibi, ô vita mea, & salus mea, quid retribuui, &c.

Ad Evangelium.
Ioan. 18.

EVANGELISTA. Adducunt ergò IESVM à Caiphâ in prætorium, & cœperunt illum accusare dicentes, Hunc invenimus subvertentem gentem nostram.

ANIMA. Te, Domine, qui pertransisti benefaciedo, & sanando omnes! tu autem nihil respondebas, bone IESV, quid retribuui, &c.

Ad Credo.
Luc. 23.

EVANGELISTA. At illi invalescebant, dicentes: Commovit populum docens per universam Iudæam.

ANIMA. O quoties reddidimus tibi, ô bone IESV, pro bono malum! quid retribuui ego tibi? Eheu! quid retribuam? credo, Domine, & doleo vehementer peccasse

caste me in cælum, & coram te; sed spero in te, spes mea, & diligo te ex toto corde meo. *Gloria Patri: vel utere illà oratione. Hæcine vera, ut sup. pag. 7.*

Hic offer te & omnia opera tua, sicut Dominus à Judæis reprobatus sese Patri pro nobis obtulit.

EVANGELISTA. Pilatus autem audiens Galilæam, remisit eum ad Herodem, qui interrogabat eum multis sermonibus: & cùm JESVS illi nihil responderet, sprexit illum Herodes cum exercitu suo, & illud indutum veste albâ, & remisit ad Pilatum.

ANIMA. O Sapiencia æterna, tunc factus es in derisum propter me! quid retribuui tibi, &c.

EVANGELISTA. Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vincis, quemcumque petissent, & dixit, Quem vultis vobis dimittam, Barrabbam an JESVM?

ANIMA. Cui comparârunt te, Deus meus! & quoties villior mihi fuisti? quid retribuui, &c.

EVANGELISTA. Dicit autem illis Pilatus, Quid igitur faciam de JESV, qui dicitur Christus? dicunt omnes, Crucifigatur. ait ille Præses: Quid enim mali fecit.

ANIMA. Ego sum, Domine, qui peccaui. filii hominum usquequò gravi corde: nonne iste est, cui venienti cecinistis festum osanna? nonne, de quo scriptum: Omnia bene fecit? & canunt Angeli, Sanctus, & perenne Alleluia? quid enim mali fecisti, ô bonitas infinita? at illi magis clamabant, Crucifigatur. Sanguis ejus super nos & super filios nostros. quid retribuui tibi, &c.

EVANGELISTA. Tum milites Præsidis suscipientes JESVM in prætorio, congregaverunt universam cohortem, & flagellabant eum, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dexterâ ejus, & genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave Rex Judæorum, & exspuentes in eum, ceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus, & ponentes genua adorabant eum, & dabant ei alapas.

Ad oblationem, & calicis præparationem. *Luca 23.*

Jerem. 3.

Marc. 15.
Ad lotionem manuum & secretas.

Matth. 27.

Ad præfationem. *Matth. 27.*

Ad Canonem. *Matth. 27.*

ANIMA. O quàm pudet me, sub spinoso capite membrum esse tam delicatum! quid retribuui, &c.

Memento hic cum sacerdote eorum, pro quibus orare debes, & supplica per dolores Christi Domini, in nomine ipsius.

Ad Elevationem.

Ioan. 19.

EVANGELISTA. Exiit ergo iterum Pilatus foras, exiit & IESVS, portans spineam coronam, & purpureum vestimentum, & dicit eis, Ecce homo. Cùm ergo viderent eum Pontifices & ministri, clamabant, Crucifige eum; & dicit Iudæis: Ecce Rex vester. illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum.

ANIMA. O Pater æterne, respice in faciem Christi tui, & miserere nostri, quid retribuui, &c.

Ad reliquum
cânonis
post eua-
tionem.

Matth. 27.

Luca 23.

Matth. 27.

EVANGELISTA. Exuerunt ergo eum chlamydem, & duxerunt, ut crucifigerent eum, & angariaverunt Simonem Cyrenæum, & ad flentes mulieres convertit.

IESVS dixit: Filia Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? & venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, & dederunt ei vinum bibere cum felle mistum.

ANIMA. Volo Domine, sequi te Regem meum, & abnegare me, tollere crucem tuam, & sequi te. quid retribuui? &c.

Ad Omnis
honor, &
Pater noster.

Luca 23.

Matth. 27.

Ioan. 19.

EVANGELISTA. Et ibi crucifixerunt eum, & latronem unum à dextris, & alterum à sinistris, & dividerunt vestimenta ejus, sortem mittentes, & blasphemabant eum dicentes, Salva te ipsum. Stabat autem iuxta crucem IESU mater ejus. IESVS autem dicebat, Pater mitte illis, non enim sciunt, quid faciunt: latroni vero Hodie mecum eris in paradiso: matri, Ecce filius tuus: Ioanni & mihi, Ecce mater tua: Deo Patri, Deus meus, ut quid dereliquisti me?

Ioan. 19.

ANIMA. Mihi verò dixisti, ô IESU, Sitio, æstuans amore salutis meæ. denique, Consummatum est. & commendo spiritum meum. Verè dignus est, Domine IESU, morte, qui tibi recusat vivere. quid retribuui, &c.

EVANG.

EVANGELISTA. Centurio autem, & qui cum eo erant, videns tenebras factas super universam terram, *Ad Agnus Dei.*
 ait: Verè filius Dei erat iste: Stabant autem omnes noti *Luce 23.*
 ejus à longe: & unus militum latus ejus aperuit, & *Ioan. 19.*
 continuò exivit sanguis & aqua.

ANIMA. Quis mihi tribuat ut vivam tibi, & moriar pro te, bone IESV? quid retribuui tibi; &c.

EVANGELISTA. Et cùm serò esset factum, Ioseph ab *Ad Communionem.*
 Arimathiâ petiit corpus IESV, & donavit ei Pilatus, & *Marc. 15.*
 accepto corpore involvit illud in sindone mundâ, & *Matth. 27.*
 cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire: & po- *Ioan. 19.*
 suit illud in monumento novo, quod exciderat in petrâ.

ANIMA. O IESV, utinam complantati facti simus similitudini mortis tuæ, ut simus simul etiam resurrectionis, & in novitate vitæ ambulemus! Mihi verè ad- *Psal. 72.*
 harere tibi, bonum est, & ponere in te omnem spem meam. quid retribuui, &c.

EVANGELISTA. Et cùm transisset sabbathum, Ma- *Ad post Communionem.*
 ria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt
 aromata, ut venientes ungerent IESVM, qui terciâ die
 resurrexit à mortuis propter nostram justificationem.

ANIMA. Quid retribuui tibi, &c.

EVANGELISTA. Maria autem stabat ad monumen- *Ad Domi- nus vobis, cū, & gratias.*
 tum, & conversa retrorsum, vidit IESVM stantem. tunc
 dicit ei IESVS, Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo
 ad Patrem meum & Patrem vestrum, ad Deum meum
 & Deum vestrum. Posthæc apparuit discipulis suis, &
 dixit eis: Pax vobis, ego sum, nolite timere. *Ioan. 20.*

ANIMA. Quando veniam, & apparebo ante faciem tuam? quid retribuui, &c.

EVANGELISTA. Et accedens IESVS locutus est eis *Ad Bened- ctionem.*
 dicens, Euntes in mundum universum, predicate Eu- *Marc. 16.*
 angelium omni creaturæ, & ascendit in cælum: & cùm
 impleretur dies Pentecostes, misit promissum Paracle-
 tum: illi autem prædicaverunt ubique, Domino coo-
 perante

perante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Psal. 115.

ANIMA. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Credo, Domine, & doleo vehementer peccasse me in cælum & coram te; sed spero in te, ô spes mea, & diligo te ex toto corde meo. Absorbent me immensa & melliflua vis amoris tui, ut amore amoris tui moriar, qui amore mei dignatus es mori.

Alia oratio, Christiani hominis officia ac omnium propè virtutum actus complectens.

4 Reg. 3.
Isaia 40.
Gratiarum
actio.

DOMINE Deus meus, in cuius conspectu sto, coram quo tremunt uniuersæ potestates, omniq; sunt, quasi non sint, gratias tibi ago, quia me de nihilo creasti, & hæc uniuersa pro me, quia redimisti me sanguine tuo, & Ecclesia tua aggregasti, & pro omnibus beneficiis, quæ sanctissima humanitati Christi Domini Beate Virgini & omnibus Sanctis, atque hominibus & mihi concessisti: à te enim, & tua sunt omnia, ut non sit undegrietur omnis caro. Creasti verò me & hæc omnia dedisti, ut seruiam tibi, & nisi fecero, æterna mihi supplicia comminatus es.

1. Cor. 1.
August.

Adoratio.

Adoro te ergo, Deus meus, & seruire tibi volo: atque abrenuntio mundo, carni & diabolo, & omni creatura, quæ me rebellem faciat tibi creatori meo.

1. Thess. 5.

Quidem? fortè hodiè sicut fur in nocte veniet improvisa mors, & quid tum coram tribunali tuo responderem tibi, si ob leuem voluptatem, vile lucrum, vel vanitatem

Psal. 118.

declinassim à mandatis tuis, quæ, ut dixisti, verè gravia non sunt? Ah, utinam te, Pater piissime, nunquam offenssem: tu enim verè omne bonum es, & à te immensa ac spontanea charitate mihi omnia bona venerunt: pro quibus, eheu! retribuim

1. Ioan. 5.
*Actus con-
tritionis.*

la, verùm ecce redeo seruus ad Dominum, filius prodigus ad Patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis, & adherere tibi volo fide viva, spe firmâ, charitate perfectâ. Credo tibi,

Sap. 7.
Psal. 34.
2. Cor. 1.
Fidei.

ô Veritas æterna, ac Catholica Romane Ecclesia tua, tot Martyribus, miraculis, antiquitate & unitate roborata; immò per

gratiam

gratiam tuam paratus sum potius mille mori, quam eam non audire. O Deus meus, tu es enim spes mea, in te confido, non erubescam. etiamsi occideris me, in te sperabo. Iacto super te, Domine, curam meam, & omnem sollicitudinem meam proijcio in te. Scio enim presentem ubique esse te, & mei velut universi curam gerere. Fac ergo, Pater amantissime, de me secundum bonam voluntatem tuam, non meam: tu enim solus Dominus, tu medicus & dux meus in via hac; tu nosti, quid mihi agro expediat, quaeque peregrino eundum. Accepto proinde omnia bona & mala de manu tua sive paupertas, infamia, seu dolores erunt: omnia enim providentiâ tuâ gubernantur, & in ditione ac voluntate tua cuncta sunt posita, & quis est qui dicere possit. Cur ita facis? & quid queso, habet conqueri, qui infernum est promeritus, de momentanea tribulatione, qua aeternum gloria pondus operatur in nobis? Scio insuper quod benignus & misericors Pater es, neque patieris scio me tentari supra id quod possum. Nunc ergo, ô bonitas infinita diligo te, utinam verè ex toto corde meo, & nihil extra te: à te enim, & in te solo omne bonum meum est, ubique mihi praesens es, & omnia largiris, ô fons honorum omnium. Cur igitur te neglecto, creatura vanum anxie simul & frustra queram solatium? Tene JESU bone, derelinquere possum, fontem aquae viva & bibere Aegypti, huius mundi, aquam turbidam? Sitio & suspiro te unum, & amplectar te ulnis animae meae, proximos verò omnes & inimicos propter te. Ecce condono illis iam coram te ex toto corde, quidquid peccaverunt in me. Si enim diligentes me tantum diligo, nonne & Ethnici hoc faciunt? Ego verò ô JESU Christianus & filius tuus sum, qui plus super iustos & iniustos, & solem tuum oriri facis super bonos & malos. Verum, ô Domine Deus, da mihi ut non verbo tantum, sed & opere & veritate diligam te & proximos meos, ac lato corde curram in viâ mandatorum tuorum. Et certè cum recogito labores & dolores, JESU dulcissime, quos pro salute meâ sponte subijisti, quid mihi pro illâ grave esse potest? an Missam audire? terra vilissimum aliquod frustum alteri restituere? hoc N. abnegare? Sacramenta ferventer frequentare? conscientiam sedulo examinare? sobrium esse? proximum diligere? aliis honoratiora deferre?

Spei.
Iob. 3.
Psalm. 54.

Aug. Soliloq. c. 14.
Resignationis,
Patientiae & Fortitudinis
Sap. 14.
Esther. 13.
Job. 9.

2. Cor. 4.
Confidentiae.
Ioël. 2.
1. Cor. 10.

Amoris Dei.
Matth. 22.
Ierem. 2.
Charitatis proximi & inimicorum.
Matth. 5.

1. Ioan. 3.
Propositum boni & veri.
Psalm. 118.

Luca 16. *deserre? te super omnia amare? Pudet me torporis mei, dum filios huius seculi aspicio, & quantos illi labores pro momentanea hac vita tuenda subeant, quomodo enim mihi mandata gratia*
 Matth. 24. *videri possunt, cum tu, Veritas aeterna, dixeris, Mandata mea gratia non sunt? Verè leve est onus tuum, & iugum tuum suave, maximè si annos aeternos in mente habeam. O aeternitas, aeternitas!*
Aeternitas, aeternitas quàm rara es in mentibus hominum! quorum alterutra felicissima, vel miserrima fortè hodie mihi obtingit: nescio enim quâ horâ venturus sis, & amore an odio dignus sim nescio. O quid non, cum in morte iudex adveneris, pro aeternitate fecisse vellem. Quid tum proderunt delicia, superbia, divitiarum jactantia, & hominum favores à te summo iudice frui iudicando? Et cui unquam profuerunt, aut quem satiarunt?
 Sap. 5. *Suscipe, quaeso, Domine, propositum hoc meum, quo tibi hodie servare firmiter statuo, praecepta tua & Ecclesia servare, cuius sum tribuere, uti temperanter donis tuis, omnia adversa & pressura suscipere de manu tuâ, omnia ad tuam unius gloriam facere. Offero tibi cor, corpus & animam meam, oculos & manus, quae numquam ad illicita convertam; aures, quas numquam detrahentibus aut stultiloquio praebebo. Linguam, quâ nihil, nisi tibi placitum loquar; sed semper laus tua erit in ore meo. Denique me totum offero majestati tuae; fac de me secundum beneplacitum tuum: servus enim tuus sum ego, & opus manuum tuarum, ac desidero uni tibi placere, idq; protestor hodie coram te, Deus meus, B. Virgine MARIA, & caelesti curiâ tuâ, quam suppliciter invoco in auxilium meum. Da mihi, Domine, IESV Christe, per vulnera tua, & per mortem tuam, & merita Sanctorum tuorum, gratiam, sine qua nil possum, ut haec proposita mea fortiter exequar: tu enim sola spes mea, tu gaudium, & gloria mea, tu quies & finis meus, in quo solo conquiescere valeo & volo, O Deus meus, ô omne & unicum bonum meum! Amen.*
 Sap. 5. *Contemptus rerum terrenarum. Exercitium virtutum cardinalium.*
 Iob. 2. *Oblatio sui.*
 I Cor 10. *Oblatio sui.*
 Psalm 33. *placitum loquar; sed semper laus tua erit in ore meo. Denique me totum offero majestati tuae; fac de me secundum beneplacitum tuum: servus enim tuus sum ego, & opus manuum tuarum, ac desidero uni tibi placere, idq; protestor hodie coram te, Deus meus, B. Virgine MARIA, & caelesti curiâ tuâ, quam suppliciter invoco in auxilium meum. Da mihi, Domine, IESV Christe, per vulnera tua, & per mortem tuam, & merita Sanctorum tuorum, gratiam, sine qua nil possum, ut haec proposita mea fortiter exequar: tu enim sola spes mea, tu gaudium, & gloria mea, tu quies & finis meus, in quo solo conquiescere valeo & volo, O Deus meus, ô omne & unicum bonum meum! Amen.*
 Ephes 1. *placitum loquar; sed semper laus tua erit in ore meo. Denique me totum offero majestati tuae; fac de me secundum beneplacitum tuum: servus enim tuus sum ego, & opus manuum tuarum, ac desidero uni tibi placere, idq; protestor hodie coram te, Deus meus, B. Virgine MARIA, & caelesti curiâ tuâ, quam suppliciter invoco in auxilium meum. Da mihi, Domine, IESV Christe, per vulnera tua, & per mortem tuam, & merita Sanctorum tuorum, gratiam, sine qua nil possum, ut haec proposita mea fortiter exequar: tu enim sola spes mea, tu gaudium, & gloria mea, tu quies & finis meus, in quo solo conquiescere valeo & volo, O Deus meus, ô omne & unicum bonum meum! Amen.*
 Maria 64. *placitum loquar; sed semper laus tua erit in ore meo. Denique me totum offero majestati tuae; fac de me secundum beneplacitum tuum: servus enim tuus sum ego, & opus manuum tuarum, ac desidero uni tibi placere, idq; protestor hodie coram te, Deus meus, B. Virgine MARIA, & caelesti curiâ tuâ, quam suppliciter invoco in auxilium meum. Da mihi, Domine, IESV Christe, per vulnera tua, & per mortem tuam, & merita Sanctorum tuorum, gratiam, sine qua nil possum, ut haec proposita mea fortiter exequar: tu enim sola spes mea, tu gaudium, & gloria mea, tu quies & finis meus, in quo solo conquiescere valeo & volo, O Deus meus, ô omne & unicum bonum meum! Amen.*
 Sanctorum patrocinii. *placitum loquar; sed semper laus tua erit in ore meo. Denique me totum offero majestati tuae; fac de me secundum beneplacitum tuum: servus enim tuus sum ego, & opus manuum tuarum, ac desidero uni tibi placere, idq; protestor hodie coram te, Deus meus, B. Virgine MARIA, & caelesti curiâ tuâ, quam suppliciter invoco in auxilium meum. Da mihi, Domine, IESV Christe, per vulnera tua, & per mortem tuam, & merita Sanctorum tuorum, gratiam, sine qua nil possum, ut haec proposita mea fortiter exequar: tu enim sola spes mea, tu gaudium, & gloria mea, tu quies & finis meus, in quo solo conquiescere valeo & volo, O Deus meus, ô omne & unicum bonum meum! Amen.*
 Obiectio cum dicitur ad afflictionem sui. *placitum loquar; sed semper laus tua erit in ore meo. Denique me totum offero majestati tuae; fac de me secundum beneplacitum tuum: servus enim tuus sum ego, & opus manuum tuarum, ac desidero uni tibi placere, idq; protestor hodie coram te, Deus meus, B. Virgine MARIA, & caelesti curiâ tuâ, quam suppliciter invoco in auxilium meum. Da mihi, Domine, IESV Christe, per vulnera tua, & per mortem tuam, & merita Sanctorum tuorum, gratiam, sine qua nil possum, ut haec proposita mea fortiter exequar: tu enim sola spes mea, tu gaudium, & gloria mea, tu quies & finis meus, in quo solo conquiescere valeo & volo, O Deus meus, ô omne & unicum bonum meum! Amen.*
 Psalm 141. *placitum loquar; sed semper laus tua erit in ore meo. Denique me totum offero majestati tuae; fac de me secundum beneplacitum tuum: servus enim tuus sum ego, & opus manuum tuarum, ac desidero uni tibi placere, idq; protestor hodie coram te, Deus meus, B. Virgine MARIA, & caelesti curiâ tuâ, quam suppliciter invoco in auxilium meum. Da mihi, Domine, IESV Christe, per vulnera tua, & per mortem tuam, & merita Sanctorum tuorum, gratiam, sine qua nil possum, ut haec proposita mea fortiter exequar: tu enim sola spes mea, tu gaudium, & gloria mea, tu quies & finis meus, in quo solo conquiescere valeo & volo, O Deus meus, ô omne & unicum bonum meum! Amen.*
 Psalm 3. *placitum loquar; sed semper laus tua erit in ore meo. Denique me totum offero majestati tuae; fac de me secundum beneplacitum tuum: servus enim tuus sum ego, & opus manuum tuarum, ac desidero uni tibi placere, idq; protestor hodie coram te, Deus meus, B. Virgine MARIA, & caelesti curiâ tuâ, quam suppliciter invoco in auxilium meum. Da mihi, Domine, IESV Christe, per vulnera tua, & per mortem tuam, & merita Sanctorum tuorum, gratiam, sine qua nil possum, ut haec proposita mea fortiter exequar: tu enim sola spes mea, tu gaudium, & gloria mea, tu quies & finis meus, in quo solo conquiescere valeo & volo, O Deus meus, ô omne & unicum bonum meum! Amen.*
 August. *placitum loquar; sed semper laus tua erit in ore meo. Denique me totum offero majestati tuae; fac de me secundum beneplacitum tuum: servus enim tuus sum ego, & opus manuum tuarum, ac desidero uni tibi placere, idq; protestor hodie coram te, Deus meus, B. Virgine MARIA, & caelesti curiâ tuâ, quam suppliciter invoco in auxilium meum. Da mihi, Domine, IESV Christe, per vulnera tua, & per mortem tuam, & merita Sanctorum tuorum, gratiam, sine qua nil possum, ut haec proposita mea fortiter exequar: tu enim sola spes mea, tu gaudium, & gloria mea, tu quies & finis meus, in quo solo conquiescere valeo & volo, O Deus meus, ô omne & unicum bonum meum! Amen.*

Praxis audiendi Sacrum.

Quid cogitandum, dum itur.

Eundo, cogita te velut ad montem Calvariae, ire; & quid visurus sis, quantâque devotione debeas adesse. Et intrando locum, asperge te aquâ lustrali, & contritionem excita. Tum, Primò, adora Deum, Fidei, Spei & Charitatis actu, & intentionem

nem renova, dicendo Credo Domine, & in te spero, ac toto corde te diligo. Secundò, considera dignitatem sacrificii. Tertio propone reverenter assistere: quæ omnia, jam sequenti orationi continetur.

Credo tibi, Rex regum, qui ex amore summo verè carnem & sanguinem nobis tuum dedisti. & sub his speciebus, ut perpetuè nobiscum esses, mirabiliter esse voluisti, & infinitis figuris ac miraculis hoc declarasti. Cupio igitur interesse huic memoriali passionis & sapientia, & potentia, & bonitatis tuae, attentè, & omni, quâ possum, devotione, cum Angelis tuis, & tota curia tua, ad gloriam idam & ad salutem & auxilium meum, ad Ecclesie utilitatem & omnium, qui se mihi commendarunt N. & defunctorum N. solacium. Da mihi ad hæc gratiam, o unica virtus mea, Amen.

Præparatio ad Sacrum audiendû.

Dum Sacerdos parat necessaria sacrificio, antequam incipiat, cogita Angelos adventantes, ut honorent sacrificium, & confundere de tempore tuo.

Ad *Confiteor*: percurrere breviter peccata, contritionem excita, & innova propositum emendandi. In ceteris, attende ad verba, sicut intelligas: aut rosarium, aut aliud lege.

Contritio ad Confiteor.

In offertorio: cogita quæ agenda habeas illo die, & ea offerac sancta desideria tua recole, pristinaque proposita, omniaque unicum meritis Christi IESU.

In offertorio quid.

Ad *sursum corda*: attende ad Passionem Christi. Est enim memoriale illius. Et in utroque *memento*, ora pro iis omnibus, quibus oportet, collocando eos in partibus crucis.

Ad elevationem: considera Christum in cruce, & adora, deinde cogita, quæ adversa accidere possent: & ad ea te resigna. Considera post hæc beneficia Dei, & ad spiritualem communionem te præpara, rogando Dominum, ut ad te veniat, animam purget ab his N. & illis N. defectibus, eamque virutibus exornet: denique, quasi cum sacerdote desiderio ardenti communica.

Ad elevationem te resigna. Præparatio ad Communionem spiritualem.

Post communionem: gratias age, & gratulare Deo de perfectionibus divinis. Iterum renova vota, & proposita, ac iterum agenda Deo offer, & in particulari ad mortificationem illius, circa quod examine particulari versaris.

Dignatus es, ut sup. pag. 10.

Oratio pro Communionem spirituali.

Ecce adsto pauper & inops ad mensam magni Regis, & a mansissimi Patris mei, tuam Christe IESU: & credo tibi, o aeterna Veritas, quod verè è summo calorum ad verbum sacerdotis,

Fidei actus.

Contritio-
nis.
Matth, 8.

tis, ut me visites, venire dignatus es; verumtamen, conscius impietatis meae, & peccatorum meorum, de quibus propter te vehementer doleo, non audeo sacramentaliter suscipere te, sed dico ex amore tui cum Centurione, cujus servum absens uti alios plurimos sanasti: Domine, non sum dignus; ut intres sub tectum meum; sed per os Sacerdotis, veni Amantissime JESU in animam meam. Munda, quaeso, illam à malis ejus & imperfectionibus N. & orna bonis & virtutibus N. pasce corpore & sanguine tuo ut ex nunc in aeternum vivam tibi.

Bonav. l. i.
Stimuli,

Sine, o bonitas sine ut catellus comedat de mensa Domini, & reple me tua benedictione, ut potes, & sapere soles, etiam tantam, quantam si sacramentaliter quis te susciperet. Omnino ita spero, quoniam bonus es, & quod non deseres me, & nihil me separabit à te hodie, nec ullo momento vita mea in aeternum. Nonnumquam vidi te & cognovi charitatem tuam inestimabilem, immensam pietatem? verè, nisi glacies ac lapis sim, fera & non homo, non potero per gratiam tuam oblivisci illius, sed in te vivam, & tu in me in aeternum. Tu mihi eris semper spes mea, gaudium meum, jucunditas mea, fiducia mea, divitia mea, dilectio mea, quies mea, tranquillitas mea, dulcedo mea, suavitas mea, cibus meus, refectio mea, tutela mea, sustentatio mea, expectatio mea, refugium meum, auxilium meum, refrigerium meum, patientia mea, protectio mea, responsio mea, locutio mea, meditatio mea, operatio mea, thesaurus meus, in quo solo fixa & firma, & immobilitè radicata sit semper mens mea, & cor meum, Amen.

Praxis alia
pro Sacro.

ALIA Praxis erit, considerare sacerdotem ut Christi personam representantem; Primò, tonsuram, scilicet illius coronam; Secundò, amictu, velamè oculorum Christi; Tertio, illud illusoriam vestem Herodis; Quarto, cingulo, vincula eius; Quinto; manipulo vincula manuum; Sextò, stolam, funes quibus tractus fuit; Septimò casulam, vestem purpuream; Octavo, cruce in pectore ac humeris, Christi crucem; Nonò, calice, dolores passionis; Decimò, corporali, sindonem quam involutus fuit Dominus.

Alia praxis
constans memoria
Passionis Dom.

Alia, considerare Missae ceremonias, eisque vitæ & passionis Christi memoriam renovare. Tu itaque, si libet, Primò, cum sacerdote, priusquam ab altari descendat, fidem ac puram intentionem

tionem exerce; deinde ipso stante ad pedem altaris representā tibi Christum orantem in monte Oliveti, sanguinemque sudantem pro peccatis tuis, ac de iis conterere. Deinde ad osculum altaris, memora osculum Judæ: ad introitum, quod in domo Annæ passus est IESVS: dum itur ad medium altaris, deductionem ad Caiphā: ad *Kyrie eleison* negationis Petri: ad collectam, accusationes: ad Epistolam, concilium in domo Caiphæ, & Christi condemnationem: ad Euangelium quod in Septemtrione legitur, deductionem ad Pilatum gentilem, ejusque interrogationes: ad *Credo*, populi clamores: ad *Dominus vobiscum*, Pilatum ad populum loquentem: dum aqua & vinum petitur & offertur, te tuaque omnia Deo offer, ac cogitationem ad Herodem & reditum ab eo: ad lotionem manuum, coram Pilato accusationem: ad *Orate Fratres*, & secretas orationes, Barabbæ postulationem: ad præfationem & Canonem, recordare Iudaicarum vocum, *Tolle, tolle, crucifige eum*, & flagellationis & coronationis Domini tui: ad elevationem, quomodo Pilatus ostenderit eum populo: ad cruces aliquot, & cum silentio orat Sacerdos, bajulationem crucis, & crucifixionem intueri: ad *Omnis honor*, crucis elevationem: ad *Pater noster*, ejusque septem petitiones septem verba Christi commemorare: ad *Pax Domini*, &c. mortem IESV: ad *Agnus Dei*, militum confessionem: ad *Domine non sum dignus*, apertionem lateris, & depositionem de cruce: ad communionem, sepulturam: per primum *Dominus vobiscum*, post eam, significatur resurrectio & apparitiones ac documenta: per *Ite Missa est*, ascensio Christi: per benedictionem, missio S. Spiritus, per Euangelium S. Ioannis, prædicatio Apostolorum hæc commemorans pro singulis gratias age & dic: Credo tibi, & in te spero & te toto corde diligo, Deus meus & omnia.

Finitā Missā si communicare velis, rursus contritionem excita ad *Confiteor*, ante communionis distributionem; fidem item, spem & charitatem, quarum actus, ut dixi, toto decursu passionis exercere diligenter ac discretè potes. In communiōne, affectibus amoris & resignationis inlta, Christumque animæ ulnis complectere, ac proponere seriam vitæ emendationem, coram ipso & curiâ illius universâ.

Alii dividunt vitam Domini in tres partes, & gratiosam memorant usque ad Canonem, pœnosam ejusque passionem usque ad communionem, gloriosam ab eâ usque ad finem. Quisque id sequi poterit, quod spiritus eum unctio docebit.

Hoc autem modo; ad confessionem memento lapsus Adam, tuaque peccata detestare: ad altaris osculum, Incarnationis Christi: ad introitum & *Kyrie eleison*, desiderii SS. Patrum:

ad *Gloria*, considera Christum natum: ad *Dominus vobiscum*,
Magorum adorationem: ad Euangelium & Symbolum, Chri-
sti predicationem: ad *Dominus vobiscum*, miracula Christi: ad
Offertorium, Christi oblationem; & tu te pariter offer: ad *Oratio*
fratres, quomodo mortē suam aperuerit discipulis: ad prefatio-
nem, ingressum in Ierusalem: ad Canonem, orationem in hor-
to, tormenta, & bajulationem crucis: ad elevationem Hostiæ,
Christi crucis exaltationem: ad calicem, effusionem sanguinis
depositio Hostiæ, & calicis, depositionem de cruce notat: *me-*
mento, descensum in limbum. hic pro mortuis ora, & velim
moriturus proposita renova: ad *Pater noster*, considera dolorem
& orationem B. Virginis stantis juxta crucem: ad *agnus Dei*,
communione, Christi sepulturam: ad cetera, resurrectionem,
apparitiones: atque ad extremam benedictionem, ascen-
sionem. Post singula gratias age, & dic Credo tibi, & in respes-
& toto corde te diligo Deus meus & omnia.

Dignatus es, ut supr. pag. 10.

JACVLATORIE.

- Deut. 4. **N**on est alia natio tam grandis, qua habeat Deos appropin-
quantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis observationibus nostris.
- Psal. 100. **M**emoriam fecit mirabilium suorum, misericors & misericors Do-
minus; escam dedit timentibus se.
- Isaia 66. **Q**uis audivit unquam tale, & quis vidit huic simile?
Ecclesia. **O** sacrum convivium, in quo Christus suscipitur, recollitur memoria
passionis ejus, mens impletur gratia, & futura gloria nobis parata
datur!
- Zach. 9. **Q**uid est bonum ejus, & quid pulcrum ejus, nisi frumentum de
horum, & vinum germinans virgines?

CAPVT X.

*Peregrinatio cum Christo patiente, sive exerci-
tium de Passione Domini: quo ad amoris affe-
ctum homo disponitur.*

- Psal. 100. **A**NIMA. O benignissime IESU, Salvator mi, & de-
siderium animæ meæ! O qualem mihi memo-
riam fecisti mirabilium tuorum, misericors & misere-
tor Domine, amoris inquam & charitatis tuæ immen-
sæ & ineffabilis erga me! O quàm mirabilis facta est
Abacuc. 3. scientia tua ex me! Confortata est, & non potero ad
can.